Et cum quondam Phisicus Dominicus Anto-
nius Palma de hoc loco Rome, de-

functus reliquerit, prout asseritur,
quinque loca montium prò qua-

dam Cappellania, seù legato pio,
nec Dominus Carolus Palma eius frater

aliquid certi denuntiare voluerit

tam circa dictum Legatum, quam
circa adimplentum oneris ei-

dem injuncti ideò

Reverendissimus Dominus mandavit dictum Dominum Carolum
Palma quamprimum accedere

Firmum, et ad Curiam Archiepi-
scopalem ad effectum justifi-

candi quidquid circà predi-

cta iustificandum erit.

In preterita Visitatione Societas Sanctissimi

Sacramenti condemnata fuit ad
remissionem Missarum mille, et

alia Sanctissimi Rosarij ad remissionem

Missarum mille et biscentum
sed cum non constat de adimple-

mento, recipienda erat eiusdem

remissionis notitia à Reverendissimo Domino
Francisco Maria Morrono Ecclesia Metropolitane

Archipresbitero, qui circa illam fuit

specialiter deputatus